

Daedalus, vir magni ingenii, in insula Creta exsulabat.

Ibi Cretae tyrannus Daedalo hospitium praebuit atque

Daedalus magnum Labyrinthum tyranno aedificavit, sed

postea tyrannus Daedalum cum filio in Labyrintho

includit. **Tunc** Daedalus alas pinnis et cera facit et

umeris aptat. **Deinde** cum filio evolat, ex alto monte

saliens.

Puer alas in caelo agitabat, sed alarum cera liquescit et

miser puer in undas cadit.

Interea Daedalus in Italiam venit et in pulchro templo

alas deis dedicat.